



Nobilissime vir.

Misit ad me paucos ante dies Præstantissimus Vir Henricus Bruno Poëmata tua, quæ Desultoria Momenta vocari placuit, maiore modestiâ, quam quâ illi solent, qui amore suorum operum duelli speciosas inscriptiones in gloriae saepe laboribus affingunt. Quod quamquam poetarum- versibus, quos diuini spiritus furor ad æternitatem ducit, affirmari non possit ita modus in eiusmodi rebus habendus est, ne quis deprimerendo mentis suæ artificium nature beneficia obscures, et ne efforendo inuidiam apud æmulos mereatur. Nisi forte placeat, omne humanum, quod vetus sapientia aut risit, aut complorauit, desultorium vocare, et per momentum euertere diuturnitatem- argumenti, quod in rebus mortalium breuit plerumque et simul fabulosum est. Ut ut sit quia ita inscribi placuit donum illud metricum, quod omnem humani operis aut actionis speciem includere mihi videtur, gratâ mente accipio, facturum simile officij genus si forte mea ætas iam vergens et morbida aliquid in publicum extruserit. Nequeo cœnim id polliceri quod amici velint, et ipse quoque malim in hoc genere scribendi, cum propter senescientia studia, quæ nobis aut recitanda in publico, aut enarranda ex vero per formam annalium sunt, tum quod ingenij vestigi ad posticæ nativæ vigor aliquis ex conversatione eminentis fortuna accedat. Certo principali fastigium, quod in Augusto ad perfectam magnitudinem, et splendorem euectum fuit

aliquid

no 1586 f. 11. Nov. 1644.

Leise Tschick's Galathea
Lecicon

2254, 22

B. P. L. 1961
Hinselmus P. 1961

Peter Hinselmus was Professor of History & Linguistics at Utrecht
 and Historiographer to the State of Holland. He
 wrote a History of Holland: - a life of Amie Maurice, 4.

etiam fulgoris attulit eorum ingenij, qui rectorum subinde
generis Summi soluta aut ligata eloquentia salutabant.
Adeo ut non tam admirationem venerationemq; sola dominantij
maiestas inueniret, sed etiam felicitas illorum qui in aula
et simul eloquentia exercebant. Ut recte factum mihi
videatur, quod inter occupationes aulae ac consilia praesentibus
vestigia Principum saepe periculosa, eripi tibi siueris
insigne hoc ingenij monumentum, ut expeiretur saeculum
nostrum, esse qui arduis negotijs praecleara Otia singularij
solertia interiungant. Quod quia paucis concessum est, et
totam liberatis otij largitate fruuntur, tanto maior
applausus illis conferendus est, qui in aula sedentes, in
castris cincti et stantes, procidunt aliqua vltima
posteritate dignissimum. Quae quoq; ipsa nostri temporis
curiosa indagatrix felicitatem nostram mirabitur, ac te
nobilitatis tuae dignitatisq; splendorem vinctibus chartis
et egregijs Otijs momentisq; auxisse. Bene Vale ex
arce Siardala, in qua bissems fere annis Historiam
Philippicam, quae iam sub prelo est, elaboram. Feid. Id. Jul.
1644.

1644.

Dignitatis famaeq; tuae
cultor et admirator

Pierius Winsemius